

ALPHABETUM ARTIS

	FIGURA A	FIGURA T	REGULAE	SUBIECTA	VIRTUTES	VITIA
B	Bonitas	Differentia	Vtrum	Deus	Iustitia	Auaritia
C	Magnitudo	Concordantia	Quid	Angelus	Prudentia	Gula
D	Aeternitas sive Duratio	Contrarietas	De quo	Caelum	Fortitudo	Luxuria
E	Potestas	Principium	Quare	Homo	Temperantia	Superbia
F	Sapientia	Medium	Quantum	Imaginatiua	Fides	Accidia
G	Voluntas	Finis	Quale	Sensitiua	Spes	Inuidia
H	Virtus	Maioritas	Quando	Vegetatiua	Caritas	Ira
I	Veritas	Aequalitas	Vbi	Elementatiua	Patientia	Mendacium
K	Gloria	Minoritas	Quo modo Cum quo	Artificium	Pietas	Inconstantia

TEXTES

[1] Triangulus uiridis, qui est de differentia, concordantia et contrarietate, est generalis ad omnia ; nam quidquid est, uel est in differentia aut concordantia aut contrarietate. In ipso quidem triangulo, quidquid est, implicatum est [...]. Triangulus rubeus, qui est de principio, medio et fine, est generalis ad omnia, eo quia omnia continet in se, cum quidquid sit, uel est in principio, uel medio uel fine. Et extra istos tres terminos nullum ens esse potest [...]. Per triangulum croceum intelligitur una maioritas uniuersalis, sub qua omnes aliae maioritates sunt subalternatae [...]. Et hoc idem est de aequalitate, et etiam minoritate suo modo (*Ars generalis ultima*, ROL XIV, p. 14-17).

[2] In ista figura [sc. *Figura A*] implicantur omnia. Sicut quando dicitur : Deus est bonus, magnus aeternus, et cetera. Angelus est bonus, magnus, durabilis, et cetera. Auaritia non est bona, sed mala ; et sic de aliis suo modo (*Ars generalis ultima*, ROL XIV, p. 11).

[3] Quoniam in nouem subiectis omne, quod est, implicatur, et extra ea nihil est, idcirco uolumus ponere ipsa in hac Arte, ut cum ipsis Ars sit generalis, eo quia sunt generalia ad omnia (*Ars generalis ultima*, ROL XIV, p. 189). **[Subiecta : Deus, angelus, caelus, homo, imaginatiua, sensitiua, uegetatiua, elementatiua, instrumentatiua]**

[4] Diuina natura non accipit aliquam alterationem uel mutationem sui ipsius in coniunctione, quam facit cum humana. Sicut ignis, qui nullam accipit alterationem in coniunctione [éd: «*constitutione*»], quam facit cum aere per calorem, et aerem exaltat ad statum nobiliorem, in quantum ipsum induit suo calore cum concordantia. Sicut humana natura, quae exaltationem recipit, in quantum diuina natura est induta cum concordantia (*Arbor Scientiae*, vol. II, ROL XXV, 583).

[5] In ista planta sunt mixtae similitudines elementorum, scilicet bonitas, magnitudo, duratio, potestas, etc. ignis cum bonitate, magnitudine, duratione etc. terrae, aeris et aquae; hoc idem sequitur de aliis elementis, ita, quod, una bonitas miscetur cum alia, et una magnitudo cum alia, et una duratio cum alia, et sic de aliis; et omnes sic simul mixtae digeruntur ad unam communam bonitatem, magnitudinem, durationem etc. plantae, ut ipsa planta sit bona, magna, durans, potens, etc. (*Liber exponens figuram elementalem*, MOG IV, 7).

[6] Istaе regulae sunt decem quaestiones generales, per quas oportet esse omnem quaesitum [...]. Nam sicut omnia uocabula nominalia declinabilia includuntur in quinque declinationibus, et possunt declinari per ipsas, sic suo modo omnes aliae quaestiones praeter istas huius Artis, quae fieri possunt, includuntur in ipsis decem, et etiam ad ipsas quidem reducuntur; et etiam per ipsas regulantur ratione generalitatis, quam habent (*Ars generalis ultima*, ROL XIV, p. 26).

Règle B: de possibilitate (utrum)

Règle C: de quidditate (quid)

Règle D: de materialitate (de quo)

Règle E: de formalitate (quare)

Règle F: de quantitate (quantum)

Règle G: de qualitate (quale)

Règle H: de temporalitate (quando)

Règle I: de localitate (ubi)

Règle K1: de modalitate (quomodo)

Règle K2: de instrumentalitate (cum quo)

[7] Intentio, quare haec tabula ponitur in hac Arte, stat in hoc, ut sit uniuersalis ad inuestigandum et inueniendum particularia, quae quaeruntur, quia quaelibet partium est uniuersalis, in qua significantur figurae, definitiones, regulae et quaestiones (*Tabula generalis*, ROL XXVII, 72).

[8] Causa, quare haec scientia est inuenta principaliter, stat in hoc, uidelicet, ut Deus a suo populo multum recolatur, intelligatur et ametur, et ut errores et scismata, quae in hoc mundo regnant, destruantur, et ut publica utilitas super specialem utilitatem exaltetur.

Item : Haec scientia est inuenta secundarie, ut per ipsam particularia, quae intellectui sunt incognita, ab ipso intellectu in uniuersali inuestigentur et cognoscantur, cum scientia de rebus generalibus existit et non de specificis.

Praeterea : Generalis est haec scientia, quia in ipsa sunt mixta principia generalia et etiam regulae et quaestiones, uidelicet unumquodque principium in quolibet alio, ut in ipsis mixtis specialia, quae quaeruntur, possunt apparere affirmando uel negando tali modo, quod per talem generalem mixtionem factam fiat cum concordantia solutio quaestionis ; et hoc affirmatiue uel negatiue, semper huius scientiae principia et definitiones eorundem conseruando pariter cum regulis, quaestionibus et earum naturis (*Tabula generalis*, ROL XXVII, 7-8).

BIBLIOGRAPHIE CHOISIE

Sur l'Ars :

-BONNER, Anthony, *The Art and Logic of Ramon Llull. A User's Guide*. Leiden/Boston, Brill, 2007

-FIDORA, Alexander / RUBIO, Josep E. (éd.), *Raimundus Lullus. An Introduction to his Life.*

Works and Thought. Brepols, Turnhout, Brepols, 2008.

-RUBIO, Josep E., *Raymond Lulle, le langage et la raison. Une introduction à la genèse de l'Ars.*

Paris, Vrin, 2017.

Sur Lulle et la combinatoire :

-FIDORA, Alexander / SIERRA, Carles (éd.), *Ramon Llull : From the Ars Magna to Artificial*

Intelligence. Barcelona, IIIA/CSIC, 2011. (<http://www.iiia.csic.es/library/Llull.pdf>)

-MARÓSTICA, Ana H., « Ars Combinatoria and Time : Llull, Leibniz and Peirce », *Studia*

Lulliana 32 (1992), 105-134.

(http://ibdigital.uib.es/greenstone/collect/studiaLulliana/index/assoc/Studia_L/ulliana_/Vol_032_dir/Studia_Lulliana_Vol_032_2_p105.pdf)

-PLATZECK, Erhard W., « Gottfried Wilhelm Leibniz y Raimundo Llull », *Studia Lulliana* 16

(1972), 129-193.

(http://ibdigital.uib.es/greenstone/collect/studiaLulliana/index/assoc/Studia_L/ulliana_/Vol016_f2_3_p129_dir/Studia_Lulliana_Vol016_f2_3_p129.pdf)

-YATES, Frances, « The Art of Ramon Lull : An Approach to it Through Lull's Theory of the

Elements », *Journal of the Warburg and Courtauld Institutes* 17 (1954), 115-173.

Sur l'Ars electionis :

<https://www.math.uni-augsburg.de/emeriti/pukelsheim/lull/>